Noten und Belegstellen.

(S. II) Der pagus Bassigniacus, Bassigniacensis, Bassigneus, einer der ältesten und vornehmsten gallisch-römischen pagi der Provinz Langres, umfaßte den südlichsten Theil der Provinz der Leuci, bis über Novimagus hinaus; ferner den nordwestlichen Theil der Provinz der Sequani, das ganze Gebiet zwischen dem Arar (Saône) und Aquae Borvonis (Bourbonne-les-Bains). Im Süden erstreckte er sich bis jenseits von Petra Ficta (Pierre-Faite) bis zu der Grenze der Landschaft Attouar. Im Westen war er begrenzt von dem eigentlichen Langrois, im Norden von dem pagus Ornensis (Landschaft Ornois).

(S. 1) Wir glauben sorgfältig die doppelte Frage über die Sendung und das Martyrerthum des h. Benignus studirt zu haben und müssen bestätigen, daß es, unsers Wissens wenigstens, kein geschichtliches Denkmal gibt, welches dem gewöhnlichen Glauben entgegenstände, daß die Sendung des Apostels von Burgund in die Zeit des Polykarp, und sein Martyrerthum in die des Mark-Aurel falle. Für diesen Glauben und unsere Liturgie sprechen auch im Ganzen die kirchlichen Schriftsteller. Die Grenzen, die Beschaffenheit und der Zweck unsers Werkes erlauben uns nicht, hier auf Einzelnheiten weitläufig einzugehen.

Charta Fundationis Morimundi.

(S. 44) „Ego Guillencus, Dei misericordia Linguonensis episcopus, fidelis dispositor et ordinator benevolus beneficiorum et eleemosynarum quae Morimundensi ecclesiae liberaliter collata cognovi, accedo testis et proprii sigilli impressione signator. Primum, laicus quidam Iohannes nomine, et habitu et animo religiosus, locum Morimundi a domino Odolrico de Acrimonte, et ab Adelina, nobilissima uxore sua, expetivit et accepit. Protinus idem Iohannes Robertum Lingonensem eo temporis antistitem adiit, et interventu meo accepta benedictione et licentia locum sibi datum pro viribus et posse fideliter extruxit. Post obitum vero eiusdem antistitis, praedictus Iohannes favore usus Ioceranni, qui Roberto successerat in episcopatum, habens insuper consilium dom. Odolrici, locum susceptum, abbati et capitulo Novi-Monasterii (Cistercii) obtulit et concessit pro emendatione vitae melioris. Veniensque Stephanus, Novi-Monasterii abbas, suscepit locum ab Odolrico et uxore eius, et ab episcopo et capitulo Lingonensi, et designatum est ab episcopo Morimundi cimiterium et benedictum.

„Postea Odolricus, fretus animi sui liberalitate, cum consilio uxoris suae locum adaugens, concessit terram quamdam Galdenvillare vulgariter dictam, perambulans ipse cum uxore sua cum nobilibus multis et incolis Fraxineti donationes suas, certis determinationibus designatis. Insuper in omnibus feudis suis et allodiis, propinquis et remotis, concessit cum uxore sua piscarias in aquis, et ligna ad ignem et ad varia opificia, et pascuale per terras et in silvis ad opus animalium usuaria.

„Omnes istas donationes concesserunt Fulco, et Roierus, et Gerardus, filii Odolrici, et horum omnium testes sunt qui viderunt et praesentialiter audierunt: Hugo miles, Lupa vocatus; Odolricus de Provincheriis, Gerardus de Domno-Martino, Hugo de Mosa, Arlebaudus de Varennis, Rocelinus de Borbona; Ricardus, villicus Fraxineti; Humber-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus, Constantinus, Foleradus, Albericus Pelliciarius; et quoniam has terras, Morimundum videlicet et Galdenvillare, Odolricus a comite Clarimontis tenebat, praedictus abbas ab eodem comite in plena curia velociter impetravit. Decimas Morimundi et Galdenvillaris tenebant Rodulphus de Fracia et Hugo de Mignou, cum uxore sua Adelina et Theobaldus presbyter Fraxineti. Omnes precibus abbatis decimas illas in perpetuum fideliter dederunt, et episcopus omnes alias decimas laborum suorum et animalium fratribus morimundensibus benigne concessit; tertias vero earundem possessionum concesserunt Hugo de Mosa et Guido de Fraxineto, et Odolricus, et Cono, frater eius, qui eas tenebant.

„Tunc praedictus Novi-Monasterii abbas abbatem in eodem loco constituit virum per omnia venerabilem, Arnaldum nomine, praecipiens monachis ut regulam B. Benedicti, quam didicerant, fideliter observarent. Demum me eo temporis decano et archidiacono, in episcopatum, ordinante Deo, succedente, Odolricus cum uxore sua et praenominatis filiis, sicut a veteri Morimundo rivus veniens, praeterfluit totam terram Fraxineti et Galdenvillaris, usque ad terminos Romanis et Dambelini, fratribus Morimundi perpetuo iure donando consecravit.

„Omnes has donationes sub anathemate confirmo et corroboro, et archidiaconis confirmandas trado.

(Sequuntur sigilla.)

„Ann. ab Incarn. Dom. 1126, Honorio papa, Lodoico rege Francorum, Guillenco Ling. episcop.“

Series abbatum Morimundensium.

(1. Ex Annalibus Angel. Manrique, t. 1. p. 520; 2. ex Gaspardo Jongelino, Notitia abb. ord. Cister., in fol., p. 31; 3. ex Gall. christ., t. 4. p. 814; 4. ex archivis Morimund., apud Calvomontem; 5. ex Chrys. Henriquez, Menolog. cisterc.; 6. ex Claud. Robert, in sua Gall. christ.)

1. Arnaldus I, qui et Arnoldus, et etiam Arnulfus. Coepit anno 1115; sublatus est in Belgio, anno 1126, 3. nonas Ianuarii.
2. Walterius I; coepit ann. 1126, obiit 1131.
3. Otho Frisingensis, abbatizavit ann. 7, et assumptus est in episcop. Frising. ann. 1138; obiit Morim. 11. calend. octob. 1159.
4. Rainaldus, Friderici comitis Tullensis frater, coepit 1139 et cessit 1154; obiit 13. calend. Febr.
5. Lambertus, ex abbate Clari-Fontis. Coepit ann. 1154, et ann. sequ. ad Cisterc. translatus est; obiit Morim. 12. Iulii 1163.
6. Henricus I, uno anno praef.
7. Aliprannus seu Aliprandus I., coep. ann. 1137; ob. 1160 13. cal. Mart.
8. Odo, coepit 1160 et obiit ann. sequ. 6. non. Maii.
9. Walterius II, coepit ann. 1161, et uno anno praefuit. Inde dicitur translat. ad Cisterc.
10. Aliprandus II, coepit ann. 1162 et obiit 1168 7. cal. Sept.
11. Gilbertus, uno tantum anno praefuit, et obiit.
12. Henricus II, coepit ann. 1170, rexit 12 annis.
13. Petrus I, coepit ann. 1183, abdicat 1193.
14. Henricus III, duobus tantum annis praef.
15. Bartholomaeus, octo mensibus praef.
16. Petrus II, qui cesserat, iterum eligitur; obiit ann. 1198.
17. Betholdus, seu Wetolo, et etiam Bezellus; praef. anno uno.
18. Guido I, coepit ann. 1199, et obiit, cum abbatizavisset circiter quadraginta annis.
19. Arnaldus II, praef. sex mensibus.
20. Cono, coepit ann. 1240 et obiit circa ann. 1263.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

21. Nicolaus I, coepit ann. 1264; obiit 7. cal. April. 1272. [1])
22. Ioannes I, visitavit Calatr. et Hispan., obiit 1283.
23. Hugo I, coepit ann. 1284, et sequenti obiit.
24. Dominicus, coepit ann. 1286, et obiit 10. cal. Sept. 1296.
25. Gerardus, praefuit ann. 4; obiit 12. cal. Sept. 1301.
26. Hugo II, praefuit usque ad ann. 1303.
27. Guilelmus I, visitavit Calatr., edidit leges; obiit 8. idus April. 1320.
28. Walterius III., visitavit Calatr., praescripsit leges; ob. 8. idus Dec. 1331.
29. Renaudus, seu Reginaldus, Calatr. visitavit; obiit 1354.
30. Thomas de Romanis supra Mosam., coepit ann. circiter 1355, obiit 8. idus Aprilis 1380.
31. Iohannes II de Levicurià; obiit 16. cal. Maii 1393.
32. Iohannes III de Martiniaco, sacr. theol. doct., electus anno 1393.
33. Iohannes IV. de Britannia, doct. theol., coepit anno 1402; bis Calatrav. et Hispanias visitavit; obiit 3. nonas Dec. 1423.
34. Guido II, transigit ann. 1426, cum Iohanne et Pedro de Caseolo; obiit circiter ann. 1427, alias 1431.
35. Iohannes V. de Sabaudià, obiit 4. non. Sept. 1431.
36. Guido III, bis Calatr. visitavit; obiit 13. cal. Sept. 1441.
37. Iohannes VI de Plazeia, obiii anno 1449 5. idus Maii.
38. Iohannes VII de Graille seu de Graio, obiit 1460 8. cal. Sept. [2])
39. Lambertus, al. Humbertus vel Himbertus, et etiam Philibertus de Lonà, coepit ann. 1460; inde factus abbas Cisterc. 1462.
40. Theobaldus, al. Thomas de Luxemburgo, praef. ann. 4.
41. Guilelmus II de Mege, decessit ann. 1471 mense Aprili.
42. Antonius de Boisredon, cessit 1484.
43. Iacobus I. de Livron, obiit anno 1491 15. cal. Dec.
44. Iohannes VIII de Vivien, obiit Divione 1495 10. cal. Octob.
45. Iacobus II de Pontaillé, fit abbas Cisterc. 1503.
46. Remigius de Brasaio, al. Brasseio, obiit 1517.
47. Aymo, seu Edmundus Ornot de Pichange, obiit 1551 die 27. Sept.
48. Iohannes IX Coquey, sacr. theol. doct., obiit 16. cal. nov. ann. 1576.
49. Gabriel de Saint-Blin, mon. Clun., obiit Lutetiae 14. cal. Sept. 1590.
50. Franciscus I. de Serocour, coepit 13. Dec. 1590 et abdic. ann. sequ.
51. Claudius I Masson, doct. theol., accepit benedictionem in urbe Remis ab abbate Cisterc. 1591, obiit anno 1620 mense Maii.
52. Claudius II Briffault, theol. prof., possessionem adeptus 14. Maii 1620, obiit 1662. Morimundus ab abbate Cistercii abbati Vallis-Dulcis regendus commissus est usque ad 1667.
53. Franciscus II de Machaut, electus 1667, obiit 1680.
54. Nicolaus II de Chevigny, obiit anno 1683, al. abdicavit.
55. Benedictus Henricus Ducbesne, obiit 1703.
56. Nicolaus III Aubertot de Mauveignan, elect. 3. Iulii 1703, ob. 1720.
57. Lazarus Languet, obiit Roseriis in com. Burgundiae 20. Ian. 1736.
58. Nicolaus Philibertus Guyot, electus 1736, mortuus est circa 1748.
59. Petrus Thirion, Lingon.; electus circiter 1753, obiit 1774.
60. Antonius Chautan, Tullensis, alias Metensis, electus 1775, expulsus 1791, obiit 1828, et seriem abbatum morimundensium claudit.

---

[1]) Hier finden sich in der Gall. christ. zwei Aebte, Ricardus und Simon, deren Existenz uns mehr als zweifelhaft scheint.

[2]) Nach der Gall. christ. war zwischen Johannes VII. und Humbert de Losne ein anderer Abt, Namens Philibert. Wir glauben, daß dieser mit dem folgenden, der auch mitunter Philibert genannt wird, ein und derselbe ist.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bullae praecipuae Summorum-Pontificum, quibus ordo Calatravensis Morimundo quoad spiritualia subiiciebatur.

(S. 146.) 1187. — Bulla Gregorii VIII, papae, 2. kal. Novembr., in qua dicitur expresse domum Calatravae cum omnibus pertinentiis suis ad Morim. spectare (linea 10).

1189. — Bulla Clementis III, 2. idus Decembris, in qua idem ac in praecedenti dicitur (linea 12).

1195. — Bulla Coelestini III, ad Petrum, abbat. Morim., eadem confirmantis, 8. kal. Iunii (linea 15).

1198. — Bulla Innocentii III, 9. kal. Iun., ad. abbat. Morim., et eiusdem pontificis litteris datis Laterani 4. kal. Maii 1199, ad magistrum Martinum Martini praescribitur ut militia obediat Morimundo tanquam matri.

1235. — Gregor. IX, in litter. ad abbat. Morim. scribit ordinem Calatr. Morimundo in spiritualibus subesse (Annal. cist. t. 3. p. 284).

1236. — Decretum capituli generalis Cistercii auctoritatem Morim. stabilientis: „Cum etiam capitulo omnino certum sit, Calatravam esse propriam filiam Morimundi, quia nullo ad ipsam pertinet mediante, eadem filiatio auctoritate dicti capit. confirmatur, indiciturque perpetuum silentium abbati S.-Petri, ita ut quicumque super hoc litem movere tentaverit, si abbas fuerit, sciat se ipso facto esse depositum; si monachus aut conversus, a propria expellendum domo, nunquam ad eam reversurus. Monachus vero qui a dicto abbate S.-Petri in priorem Calatravae promotus dicitur et socii eius ad propriam domum redeant, aliter, si ante Nativitatem Domini reversi non fuerint, sciant se excommunicationis poenam incurrisse."

1237. — Eiusdem decreti confirmatio Gregorii IX data Viterbii, nonis Ianuar. 1237, pontificat. anno II.

1245. — Alexandri IV, 2. nonas Iunii: „Cum filiatio fratrum de Calatrava ad domum Morimundi non solum diuturna temporum praescriptione, verum etiam ad petitionem capituli generalis iam apostolica gratia confirmata et pleno iure pertinere noscatur, universis abbatibus et personis ordinis districtius inhibetur ne per alicuius litterae impetrationem seu consilium et auxilium opponendo aliquid attemptare praesumant per quod dictae domus Morim. perturbetur possessio . . . Statuit et opinat quod magister et fratres Calatr. priori et subpriori Calatravae ibidem ab abbate Morimundi promotis vel promovendis, et aliis fratribus quibus prior in hac parte commiserit vices suas, confiteantur in plenaria ordinis potestate etc." (Archiv. Morim.)

In bulla Gregorii X, data Lugduni decimo sexto kalendas Februarii, habetur expresse: „Abbas monasterii de Morimundo in domo militiae Calatravae, Cist. ord., cum ea priore vacare contigerat, ab antiquo priorem instituit unum monachum idoneum dicti ordinis etc." (Anno pontif. ipsius tertio. [1])

---

[1]) Diese päpstlichen Bullen mögen genügen. Im Verlaufe des Werkes haben wir die meisten Beschlüsse der Generalkapitel in Betreff dieses Gegenstandes und die Jurisdictions-Akte angeführt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Series Priorum Calatravae.

(Ex Angel. Manriqne, Annal. cist., et ex Archiv. Morimund. [1]) — Plures desiderantur.)

Hispani.

1. Frater Didacus Velasquius, S. Raymundi comes.
2. Fr. Arnaldus.
3. Fr. Raymundus.

Ex Morimundo Asciti, ab anno 1220 ad annum 1552.

4. Fr. Dionysius.
5. Fr. Ioannes I. de Caseolo.
6. Fr. Robertus de Valois.
7. Fr. Franciscus de Saulxure.
8. Fr. Ioannes II.
9. Fr. Theobaldus I de Molano.
10. Fr. Arnaldus de Borbona.
11. Fr. Ioannes III. de Levicuria.
12. Fr. Martinus de Romanis.
13. Fr. Ivo de Provincheriis.
14. Fr. Theobaldus II de Claromonte.
15. Fr. Dominicus Morelli I.
16. Fr. Dominicus Morelli II.
17. Fr. Claudius Collin, bassigniacus.
18. Fr. Nicol. Avenius, de Bovrennis.
19. Petrus Nebalius vel Nivardus.

Hispani a Morim. abbat. nominati.

20. Fr. Ludovicus Alvares de Solis. [2])
21. Fr. Thomas Gilbertus.
22. Fr. Chrysost. Henriquez.
23. Fr. Angel. Manrique.
24. Fr. Ioannes Caranus.
25. Fr. Ioannes Velascos (1672).

Die Ritterschaft besaß gegen sechsundfünfzig Commenderieen, sechszehn Prioreien, deren Mehrzahl Conventual-Häuser waren, und die andern einfache Curien, welche nur den Kaplänen des Ordens verliehen wurden; sie hatte herrschaftliche Rechte in vierundsechzig Burgflecken oder Dörfern.

Das Ordenskleid der Ritter bestand in einem weißen Mantel mit einem lilienverzierten Kreuze an der linken Seite. Ihr Wappen war das Ordenskreuz in silbernem Felde, mit zwei schwarzen Ketten am Fuße des Kreuzes.

Der größte Theil der andern spanischen Ritterorden empfing, da sie sich mit Calatrava vereinigt hatten, wie wir gesehen, hiervon Bewegung und Leben sowohl in geistiger als zeitlicher Beziehung; und auf diese Weise erstreckte sich durch Calatrava die Herrschaft Morimond's und sein Einfluß fast über die gesammte Ritterschaft Spaniens und Portugals.

---

[1]) Der Prior verwaltete den Orden in geistlichen Angelegenheiten, stand gleich dem Großmeister, hatte das Recht, Pontifikal-Ornamente, Kreuz, Mitra und Ring bei kirchlichen Amtsverrichtungen zu tragen, die Tonsur und die niederen Weihen seinen Klerikern und Kaplänen zu ertheilen u. s. w.

[2]) Seine Ernennung durch Papst Pius V. scheint durch den Abt von Morimond ratificirt worden zu sein. Seine Nachfolger konnten trotz ihrer Ernennung durch den Abt von Morimond nicht Besitz nehmen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf